

no esset prior natura; ergo in eo prior esset ille amicus, quia sine culpa, & etiam non amicus, quia non habens gratiam, sine qua nullus est amicus, & est secundum argumentum Scoti ad oppositum 4. dist. 16. quaest. 2. Itaque dicendum per instans naturam non mensurari rerum existentiam, vel formam, & privationem; sed per ordinem, & prioritatem naturae explicari solum dependentiam posterioris a priori, vel talem praesuppositionem unius ab alio, ut illud concipi possit, isto non concepto, ut dicitur etiam in 9. log. quaest. 2. art. 2. unde quia hominem esse amicum est habere gratiam, sed gratiam in ipso existere, ideo haec verificari nequeunt de homine nisi pro aliquo instanti temporis, vel durationis: non autem pro aliquo instanti naturae, quia instantia naturae rerum existentiam non mensurant.

148. Quartum arguit Hiribarnes ex verbis Concilii Tridentini, sess. 6. cap. 7. cum inquit, hanc dispositionem, seu preparationem justificationis ipsa consequitur, quae non est sola peccatorum remissio, sed & satisfactio, & iniuria: unde in ipsa justificatione cum remissione peccatorum haec simul accipit homo, ubi cum prius ponatur remissionem, & postea justificationem, per seipsum insinuat remissionem peccati priorem esse ordine generationis, quam infusionem gratiae. Respondet si argumentum valet, & probat remissionem peccati antecedere sanctificationem, ita ut ab hac non processat, nec sit posterior gratia infusa, neque in actu huius peccatum remittatur, quod sanè dici nequit, aliàs gratia non esset remissiva peccati, nec forma adequatae sanctificationis ut Concilii. dicitur verbis toto illo capite docti, & inculcati dicendum itaque intentum Concilii in hoc loco fuisse solum ostendere, in justificatione non dari solum peccatorum remissionem abque interna sanctificatione, ut nonnulli dicebant Novatores; nec solum gratiae infusionem sine peccatorum remissione; sed utrumque in justificatione includi & remissionem peccatorum, & internam sanctificationem per formam inhaerentem; unde abique ullo prioris mysterio prius posita est remissio peccatorum, posterior interna sanctificatio, ut notavit Oviedo, contr. a. n. 24. unde etiam sepe Concilium dixit, ac etiam in illo eodem capite, gratiam esse unicam formam justificationis, & perfectam sanctitatem; ex vi cuius nihil peccati remanet in homine: ex quibus satis clarè inferitur remissionem peccatorum à positiva sanctificatione procedere, ut ejus effectum formalem secundarium.

149. Quinto ulterius arguitur, quia nullus est effectus positivus, seu primarius in gratia, ratione cuius ei competat, ut effectus negativus, & secundarius expulsi peccati; eo modo quo effectus primario caloris convenit secundarius expellendi frigoris ab eodem subiecto; ergo abique sufficienti fundamento tribuitur illi hic effectus.

Respondet distinguendo antecedens; physice, & ex natura rei transeat; moraliter, & ex institutione divina, nego; imò Suarez lib. 7. de gratia cap. 12. num. 111 per seipsum ostendit omnes effectus positivos, & primarios, qui gratiae tribui solent, connaturaliter inducere, saltem ex ordinatione divina, hunc fecundarium, & negativum effectum expellendi culpam; hoc enim in primis deducitur ex effectu sanctificandi, & ex ratione sanctitatis; nam iustitia infusa est sanctitas animae ex Trident. loc. cit. sed sanctitas secum formaliter adducit munditiam à peccato, nam illud est sanctum, quod est mundum, & immaculatum; ergo connaturaliter est gratiae excludere formaliter peccatum. Hoc etiam deducitur ex alio effectu faciendi hominem iustum, illumque constituendi cum perfecto iustitiae ordine, quatenus voluntatem hominis, & omnes illius potentias perfectè subicit Deo; peccatum verò inducit omnium deordinationem, quia ratione peccatum dicitur iniustitia, & habens peccatum iniustum; ergo etiam ex hoc capite habet formalem incompossibilitatem cum peccato. Item gratia constituit hominem Deum amicum, & obiectum dilectionis eius; peccatum verò inimicum, & obiectum odii; ergo etiam ex hoc capite petit gratia expulsiōnem peccati; Denique hoc etiam sibi convenit ex aliis effectibus, qui ei tribuuntur, constituendi hominem participem divinae naturae, filium Dei adoptivum, & vitæ aeternae haereditem, quibus effectibus peccatum opponitur.

150. Dices, gratiam non tribuere hos effectus, nisi conjunctionem cum negatione peccati; atque ideo antecedenter ad remissionem peccati, seu ad negationem illius non intelligi hominem participem divinae naturae, nec beatitudinis haereditem, nec sanctitatem, nec iustitiam, &c. in his enim omnibus effectibus includitur remissio, hoc negatio peccati, quapropter non videtur ab eis procedere posse. Respondet, caritatem peccati ad hos effectus pertinere, tanquam removens prohibens illorum efficaciam, seu quasi formalem actum secundum illorum; non verò quia ipsa positivè ad illos effectus exercendos conducatur; sicut in puro itaru naturae nudè daretur in homine talis carentia peccati, neque propter effectus iustus, sanctus, Dei amicus, & filius adoptivus, sicut modo per gratiam formaliter continetur, vel ex natura rei, ut dicunt Thomistae, vel ex

peculiari institutione divina, ut dicunt Thomistae, vel ex peculiari institutione divina, ut nos dicimus. In factis adhuc, si carentia peccati spectat ad hos effectus, ut removens prohibens illorum efficaciam; ergo illius praesens debet, vel praecedere, non autem subsequi; consequentia probatur, haec enim ratione antecedenter ad infusionem formae ignis in ligno, tolluntur frigus, & humiditas, ut obicem potentia ejus introductioni. Negatur consequentia, non enim omnia obstantia, & impediencia effectum aliquem, tolluntur semper antecedenter ad ipsum, sed interdum etiam concomitanter, vel consequenter; unde in exemplo alio trique frigus tollitur antecedenter ad formam ignis inductionem, sed citrà gradum pro forma ligni determinatum, hic enim sicut & ipsa forma ligni ad ipsam ingreſsum formae novae corrumpitur, unde forma vetus est obex, qui tollitur concomitanter, & consequenter, non autem antecedenter: sic pariter fractio filii, vel ligni detinentis grave sursum spectat ad motum gravis deorsum, ut removens prohibens, & tamen haec detentio prohibens motum gravis deorsum non semper tollitur per fractionem filii, vel ligni antecedenter ad illum motum, sed multoties concomitanter cum ipso, seu per ipsum motum; ergo opus non est omnia impediencia aliquem tolli antecedenter ad ipsum, ut perspicue constat in aliis exemplis; sed sufficit si tollantur concomitanter, vel consequenter, & hoc modo tollitur in re nostra peccatum per supra dictos effectus positivos gratiae sanctificantis. Ex contris tandem potest explicari Doctor 1. dist. 17. quaest. 2. §. contra, dum inquit prius natura Deum remittere offensam peccatori, quam det ei gratiam.

QUESTIO SEXTA.

An gratia habitualis sit ipsa virtus caritatis, vel potius habitus ab ea distinctus, ubi de eorum immediata subiecto.

151. Res in hac Controversia sunt sententiae; Prima est Thomistarum realiter distinguendum habitum gratiae ab habitu caritatis, illumque immediatè in essentia animae substantiantium, hunc verò immediatè in ipsa voluntate; ita D. Thomas par. 2. qu. 110. art. 2. ubi Thomistae omnes Cajet. Medina, Capreol. Ferraricus. Serra, Haquet. Valera. Suarez, Tannerus, Zumel, Beccan. Graecus. Curiel. Amicus, Aversa, Cappelis, Oviedo, Lezana, & alii. Alia sententia est Scottitarum, & Nominalium, asserens gratiam habitualem non esse habitum realiter distinctum ab habitu caritatis; ac proinde non esse in essentia animae immediatè, sed in voluntate, in qua est caritas, esse unam, & eandem formam supernaturalem, quae habet duo nomina propter duo distincta numerata; vocarique gratiam justificantem, quatenus non Deo gratus, & iustus efficit, & vocari habitum caritatis, quatenus est principium producens actum caritatis; ita ex antiquioribus Scotus 2. dist. 27. Henricus, Riccard. Durand. Baeccon. Gabriel. Marfilus, Ocham, Maior. Rubion. Malronus, Bafolius; item Recentiores Scottici, Faber, Vulpes, Poncius, Hiques, Rada, Saxius, Vega, & plurimi Neutrales Bellarm. Salmeron, Moracius, Lessus, Molina, Coninchius, & alii. Tertia denique sententia utramque opinionem docet esse probabilem, eo quod natura sufficiens habeat fundamentum auctoritatis, nec ratio nis, ita Valquez par. 2. dist. 198. cap. 3. Silvius par. 2. qu. 110. art. 3. Morandus in 2. 4. qu. 9. & alii nonnulli argumenta solventes pro utraque parte.

ARTICULUS PRIMUS.

Gratia habitualis, & caritas, sunt eadem virtus.

152. Ita Scotus 2. dist. 27. cit. cum omnibus Scotticis, Nominalibus, & Neutralibus citatis, quod probat Primò; quia excellentiae omnes, & effectus qui tribuuntur gratiae à Scripturis, & Patribus, tribuuntur etiam caritati; ergo erunt eadem virtus, & idem habitus, non diverſi; consequentia patet, quia fact ex diversitate effectuum arguimus diversitatem formarum, ita ex identitate identitatem: probatur asumptum, dicendo per singulos, & precipuos gratiae sanctificantis effectus: primus enim effectus gratiae est facere hominem Deo gratum, & dilectum; hoc etiam facit caritas Jo. 14. qui diligit me diligitur à Patre meo secundus est justificare à peccato, & hoc facit caritas Luc. 7. remittitur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Tertius est transferre de morte ad vitam, quod maxime convenit caritati. Jo. 3. translati sumus de morte ad vitam, quia diligimus fratres. Quartus est facere filios Dei adoptivos, quod etiam caritas facit. Jo. 3. videte qualem caritatem dedit nobis pater, ut filii Dei nominemur, & simus. Denique, inquit Doctor, utraque formaliter, aequaliter dividit inter filios Dei, & perditio-

tionis ex August. 15. de Trinit. cap. 18. utraque est etiam forma virtutum, & neutra potest esse informis; utraque etiam conigit ultimo fini perfecta conjunctione, qualis potest esse in via, si ergo gratia, & caritas habent eoldem formales effectus, non possunt esse formae inter se realiter distinctae.

153. Respondet Amicus cum aliis dist. 29. sect. 2. duplicem ob causam, quae sunt propria gratiae tribui caritati, & e converso; tum propter mutuum conjunctionem, & inseparabilitatem; tum quia actus caritatis est proxima dispositio ad gratiam, solummodo autem interdum, quae sunt propria formae, tribuere proximè dispositioni ejusdem, unde omnia quae in argumentum adducuntur, verificantur de gratia formaliter, de caritate verò dispositivè, nam actus caritatis disponit hominem, ut fiat Deo gratus, ut remittatur ei peccata, ut transferatur de morte ad vitam, & ut fiat filius Dei adoptivus. Negant autem absolute loquendo gratiam, & caritatem quoad omnia inter se convenire, tum quia in illis ipsis, in quibus conveniunt, diverso modo conveniunt. Tum quia differunt in propriis effectibus formalibus constitutivis filium adoptivum, & obiectum divinae amicitiae, quod est proprium gratiae; & dilectivum Dei, quod est proprium caritatis, quatenus eum constituit in actu primo proximo ad diligendum Deum.

154. Ceterum hoc totum voluntarie dicitur, nimirum illa loca intelligi debere de caritate actuali, seu de actu caritatis, qui est dispositio ad gratiam, cui proinde in hoc sensu tribui possunt effectus formae justificantis; quia mirum esset, quod Scriptura, quae toties loquitur de caritate, & effectibus ejus, nunquam loqueretur de caritate habituali, quae est theologica virtus, sed semper de actuali; & quidem licet in quibusdam ex locis adductis sermo fieri videatur de caritate actuali, in ultimo tamen expressè fit sermo de habituali, dum inquit, videte qualem caritatem, &c. Neque valet, quod inquit Beccanus, locum illum intelligi non debere de caritate quae in nobis est, sed de caritate Dei, quia ipse non diligit, ut sensus sit, videre quanta fit caritas Dei erga nos, ut voluerit nos nominari, & esse filios suos, non quidem per naturam, sed gratiam adoptionis. Non valet, inquit, cum enim dicitur, videte qualem caritatem dedit nobis Pater palam est effectus locum de caritate, quam nobis dedit, & non de caritate, quae est in ipso, & quae nos diligit. Tum quia in aliis pluribus Scripturae locis effectus illi expressè tribuuntur caritati habituali, ut ad Eph. 1. elegit nos in ipso, ut effusus sanguis, & electi in conspectu ipsius in caritate, & 1. Petri 4. Caritas operis multitudine peccatorum, & alibi frequenter. Differentia verò illa, quod gratia reddit nos Deo gratos, & dilectos, caritas verò Deum nobis charum, & dilectum, inquit Doctor l. c. quod non infert inter illa distinctio nem tealem, sed tantum formalem, vel potius ratione connotati, quia licet sint unus habitus, per distincta tamen formalitates constituitur in esse gratiae, & caritatis; quatenus idem absolutum, ut respicit Deum libi ratione diligibilis, & dilecti, & est in nobis principium dilectionis Dei, dicitur caritas, quia secundum commune loquendi usum, inferiores dicuntur habere caros superiores, ut verò illud idem absolutum est id, quod mediante Deo me habet gratum, & obiectum sit divinae dilectionis, & acceptationis, sic dicitur gratia, quia juxta eundem commune usum loquendi, superiores dicuntur habere inferiores gratos, & acceptos: quae planè diversitas, ut de se manifestum est, non infert distinctionem inter illa duo quod ad absolutum & principale significatum, sed tantum quoad connotata, & penes diversas habitudines super idem absolutum fundatas, quo pacto dicere solemus inter se differre creationem, & conservationem; prandium, & cenam, & alia, quae tantum differunt penes connotata.

155. Alii verò communis dicunt, ut in prima parte allatæ responsionis innuitur, effectus gratiae tribui caritati, non quia caritati convenienter secundum se, sed propter concomitantiam, & inseparabilitatem ab habitu gratiae ex natura rei, aut saltem de lege ordinaria, ita Serra, Cappelis, Aversa, Lezana, & alii Thomistae passim. Sed quanto hac responsio est communior tantò mihi videtur imbecillior, etenim videmus in aliis necessitatibus, & naturalem connexionem duarum formarum in eodem subiecto non esse sufficientem, ut proprietates, & effectus formales unius tribuantur alteri promiscuè; sic v. g. in lacte ex natura rei connectitur albedo, & dulcedo, in nive albedo, & frigiditas, nec propterea dicimus albedinem lactis immutare gustum, & dulcedinem digregare visum; non obstante tali necessaria connectione, singuli effectus singulis formis singillatim tribuuntur: ergo idem pariter dicendum est in proposito, non sufficere solum concomitantiam, & necessariam connexionem caritatis, & gratiae, ut proprietates, & effectus istius tribuantur illi indiscriminatim; Dices, in igne ob naturalem connexionem caloris cum frigiditate, effectus unius qualitatis tribui alteri: dicimus enim caliditatem defecare ratione adiuncti, nimirum siccitatis, non verò immediatè, & formaliter. Con-

tra, quia sicut non dicimus siccitatem calefacere: ita nec defecandum est calorem defecare, sed in eo necesse solum dicere postsumus calidum defecare, quatenus idem ignis, qui est calidus, cum sic quoque siccus dicitur defecare, non quidem eo calorem, sed per siccitatem sibi inhaerentem; cum à Scripturis, & Patribus igitur omnes, & singuli effectus gratiae, tribuantur quoque caritati promiscuè, & indiscriminatim, etiam in abstracto, signum est evidens eandem importare virtutem.

Secunda probatio ex Trident.

156. Secundò probatur ex Concilio Tridentino, sess. 6. ubi dicitur, hominem impium justificari, dum per Spiritum Sanctum charitas Dei diffunditur in cor de ipsius quibus verbis fieri mentionem de gratia sanctificante exploratum est apud omnes, siquidem ex illis verbis inhaerentis, & diffusionis communiter colligitur Theologi gratiam sanctificantem esse formam animae nostrae in intellectu inherentem. Confirmatur ex verbis sequentibus, cum inquit, Unde in ipsa justificatione cum remissione peccatorum haec omnia simul infusa accipit homo per Jesum Christum, cui interferunt, fidem, spem, & caritatem; at si aliquam aliam formam, ac etiam principalem, qualem Thomistae dicunt esse gratiam, acciperet homo, dum justificatur, indubie Concilium de ea mentionem fecisset. Et cap. 10. inquit, hoc iustitiae incrementum petiit Sancta Ecclesia, cum orat, Da nobis fides, spes, & caritas; augumentum ergo cum ut per iustitiam, seu formam justificantem gratiam intelligat, & deinde c. 10. nomine iustitiae significat caritatem, planè evidens est non distinctè inter gratiam, & caritatem, ut inter diversas virtutes.

157. Respondent immò in cit. cap. ab initio fieri expressam mentionem gratiae, ut à ceteris donis distinctè, cum inquit justificationem fieri per voluntariam susceptionem gratiae, & donorum, & can. 1. distinctis nominibus illa significatur, cum damnat dicentes iustitiam anem fieri sola imputatione iustitiae Christi, & sola gratia, & caritate, & quibus infunditur, & inhaerent, loquitur ergo Concilium de forma sanctificante sub nomine gratiae, ut à caritate distinctè; quod si aliquid non facit mentionem gratiae, sed caritatis tantum, ideo est, quia in aliis locis eam commemorat sub expresso nomine gratiae: & cum sint inseparabiliter connexa, eo ipso, quod de una fit mentio, tacitè fit etiam de altera. Sed Contra, quia vis argumenti non in eo consistit, quod Concilium in eo cap. 7. nullam fecerit gratiae mentionem; sed quod nullam fecerit mentionem gratiae, ut distinctè à caritate; & id, quod prius vocavit gratiam, postea vocat caritatem, aperte significans haec ab eo non distingui, ut dona realiter distincta; Neque adducta ad oppositum testimonium con vincunt, nam primum convincit ad summum gratiam distingui ab aliis virtutibus, & donis, nimirum fide, spe, ac ceteris virtutibus moralibus, cum quo adhuc bene consistit à caritate non distingui; A lectum testimonium est potius ad oppositum, non enim inquit exclusa gratia, & caritate, quae nobis infunduntur, sed quae nobis infunduntur, & inhaerent, quae verba in plurali potius poni debuissent, si gratia, & caritas essent formae realiter distinctae, potius ergo ex eo loquendi modo ostenderet gratiam, & caritatem à Trident. confundi, ut synonyma, & ly & simi pro, sive sicut superius cap. 7. gratiam justificantem, & caritatem omnino pro eadem sumptas virtute, & forma inhaerente, ut bene advertit Vega in Concil. lib. 7. cap. 27. Ita ergo Concil. loc. c. gratiam à caritate distinguit in testimonio adductis, ut necessario debet intelligi de distinctione rationis secundum diversas habitudines jam explicatas, vel de formali, non autem reali distinctione.

Tertia probatio ex Patribus.

158. Tertio probatur ex Patribus gratiam à caritate non distinguunt, unamque vicissim pro alio iumentibus; sic inter alios specialiter loquitur Augustinus li. de natura, & gratia cap. 24. cum inquit, ipsa caritas est verissima, & plenissima, perfectissimaque iustitia, & lib. 15. de Trinitate. 18. quom locum etiam citavit Scotus, ubi inquit, nullum Dei donum esse excellentius caritate, eamque solum dividere inter filios regni, & filios perditionis, & sine ea nihil prodesse alia Spiritus sancti munera: tract. 9. in 1. Joann. Epist. dicit caritatem esse animae pulchritudinem, quae reddit animam Deo amabilem: & lib. de moribus Eccl. c. 12. & 13. dicit caritatem esse formam sanctificantem animam, & alia similia habet testimonio lib. de gratia, & lib. arb. cap. 17. & serm. 43. & 50. de verbis Domini, quae sunt adeò expressa, ut Pererius ad Rom. 5. dist. 2. ingenue fateatur Augustinum praeter caritatem nullam aliam agnovisse formam sanctificantem, vel gratiam sanctificantem.

159. Respondet Suarez li. 6. de gratia cap. 13. August. loc. c. semper fere locum de dilectione, seu caritate actuali, in quo sentio verissimum est actum caritatis esse excellentius donum inter omnia Spiritus sancti opera; item illam dilectionem esse verissimum

simam iustitiam actuale, & dispositivè saltem distinguere inter filios Dei, & filios perditionis; Si autem de charitate habituali illa loca interpretentur, propter connexionem, quam habet habitus ille cum gratia, idè illi tribuuntur, quæ sine gratia non sunt, nec illi potest attribui. Verùm ista expositio omninò non est, & præter intentionem Augustini. *loc. cit.* in quibus planè loquitur de charitate, ut plurimum, sumpta pro habitu, & virtute theologica à fide, & spe distincta; & ita aperte efficit gratia tribuitur charitati, ut non tantum connexionem eius cum gratia invenit, sed etiam omnimodam realem identitatem, ut legitur patet. Undè frivolum est omninò dicere, quod intellexit charitatem esse perfectam iustitiam ratione adiuncti, ut explicat Suarez, cum loquitur ibi Augustinus de ipsa identica charitate, cum ait, quod ipsa charitas est verissima, & plenissima, perfectissimaque iustitia. Sic etiam de charitate loquitur Gregorius *hom. 27.* in Evangelia, cum ab initio dicit charitatem esse radicem omnium virtutum, quod si gratia esset à charitate distincta, ipsa potius gratia esset radix charitatis, & à fortiori ceterarum virtutum, ut de factò Thomista theologus ait, *ut supra.* & *hom. 38.* in Evangelia circa medium, vestem illam nuptialem, per quam solent Patres, & Expositores intelligere gratiam sanctificantem, interpretatur esse charitatem dicens: *Quid ergo intelligere debemus per vestem nuptialem, nisi charitatem, quam paulo post gratiam quoque appellat, cum subdit, sed cum nuptiali veste non venit, si charitatis gratiam non custodit; constat igitur in idiomate Patrum gratiam, & charitatem idem sonare, & quidem non abs re, quia ut notat Basilius. 2. *dist. 27. quæst. ult. art. 2.* Charis græcè idem sonat, quod gratia latinè, & sic etiam esse carum, & esse gratiam.*

160 Dar insuper Suarez aliam quandam generalem responsionem ad hæc omnia testimonia Patrum, Scripturarum, & Conciliorum dicens ita loqui, quia loquuntur de charitate, quatenus significat perfectam cum Deo amicitiam, quæ dicitur amoris nostri erga Deum, qui est charitas, & amoris Dei in nos, qui est ipsa gratia à charitate distincta. Sed jam ex dictis constat hanc expositionem testimonii adductis non quadrare, & hanc responsionem asserere, quod est in questione, gratiam nimirum à charitate distinguere, falso etiam assumit, gratiam esse amoris Dei erga nos, & charitatem amoris nostri erga Deum; isti enim sunt potius actus formales amoris divini, & humani, quos Scripturæ ab invicem distinguunt, ut patet *Io. 14. si quis diligit me, diligetur à Patre meo;* de gratia verò, & charitate loquuntur, ut de eadem re, & habitu, & gratiam appellant, quatenus facit animam, Deo gratam, & amabilem, vel ejus amorem dignam; charitatem verò quatenus facit animam promptam, & propensam ad Deum amandum; Cum igitur idem habitus possit utrumque munus præstare sub diversâ ratione, præsertim quia nulla alia fit ratio in anima, quæ illam faciat diligibilem à Deo, nisi quatenus ipsa Deum diligit, vel prompta, & propensa est in amorem Dei per charitatem sibi inhærentem; quod satis evidenter deducitur ex testimonio *Io. cit. si quis diligit me, diligetur à Patre meo;* sanè planius, & commodius intelliguntur Scripturæ, Patres, & Concilia juxta nostrum dicendi modum, quam juxta alium.

Quarta, & quinta probatio ex ratione.

61 Quartò ulterius probatur ratione, quia gratia justificans est vita spiritualis anime nostræ, & hæc in eò consistit, quod Deo uniamur, quæque inhæreamus, at talis unio in hac vita inchoativè fit per fidem, & spem, & perfectè per solam charitatem, ergò in hac consistit gratia sanctificans, ita dicitur Coninch. *loc. cit.* quæ fuit ratio Scoti *1. dist. 27.* dum inquit, quod charitas coniungit ultimo fini perfectâ conjunctione qualis potest esse in via; quare si poneretur distincta realiter à gratia, altera superflueret, quia reliqua sufficeret, major est communis doctrina Patrum, & Conciliorum; minor est Concilii Trid. *sess. 6. cap. 7.* ubi ait, quod fides, nisi spes accedat, & charitas, non unum perfectè cum Christo, neque vivum corporis ejus membrum efficiet; quò sola charitas perfectè nos coniungit cum Christo juxta illud *1. Jo. 4. qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.*

Respondet hoc tribui charitati ratione adiuncti, ob necessariam connexionem, quam habet cum gratia; eique convenit dispositivè, non formaliter modo jam explicato in prima responsione allata *num. 153.* alioquin sequeretur ipsum quoque actum charitatis debere dici gratiam justificantem, quia per eam vitaliter inhæremus Deo. Hæc solutio, & doctrina jam superius explosa est, & ex ipso argumento eliditur, quo solvitur de probatur ex Concilio & Scripturæ per solam charitatem hominem perfectè coniungi cum Deo, ut ultimo fini, quantum fieri potest in via; si autem le sola non sufficit ad talem conjunctionem, sed indigeret consortio alterius habitus realiter distincti, male id soli charitati tribueretur, nulla pa-

nitus facta mentione alterius habitus, cui principaliter, imò & totaliter conveniret sic Deo hominem coniungere. Neque id etiam intelligi potest dispositivè solum, quia Concilium, & Scripturæ loquuntur de conjunctione formalis, non autem dispositiva; & loquuntur de charitate habituali, non autem actuali; Nec tandem lequitur, ipsum quoque charitatis actum gratiam justificantem dici debere, quia vita, & gratia justificans aliquid permanentes esse debet; actus vero est aliquid transiens, ideoque non tam vita spiritualis anime dici debet, quam usus, & actus ipsius vite, sicut in viventibus ipsa anima est vita, actio enim vitalis est usus vite, & actus ipsius, ut notat Coninch. *cit.*

162 Quintò probatur ratione ducere ad impossibile; quæ realiter distinguuntur possunt ab invicem separari saltem prius à posteriori, sed gratia non potest separari à charitate, ergo &c. minor probatur, quia si daretur gratia sine charitate in aliquo homine, lequeretur hominem illum salvari, & non salvari; salvari quidem, quia habet gratiam, & per consequens jus ad gloriam, & non salvari, quia non habet charitatem sine qua nemo salvari potest *ex ad Corinth. 13. si charitatem non habeam, nil mihi prodesse,* & quæ secundum Augustinum & Gregorium est vestis nuptialis dividens inter filios regni, & filios perditionis; & idem argumentum fieri potest, si daretur charitas sine gratia.

Variæ sunt hujus argumentis solutiones; dicunt aliqui argumentum non convincere realem identitatem gratiæ, & charitatis, sed tantum necessariam, ac indispensabilem connexionem; multa enim sunt realiter distincta, quæ tamen separari non possunt, ut tenent Thomistæ de subiecto, & passione, & Scotistæ de toto, & partibus unitis. Sed hæc solutio non subsistit, quia in eis quæstionibus ostensum est, quod semper prius realiter à posteriori distinctum potest esse sine illo saltem per potentiam Dei absolutam, cum nullam ad illud habeat essentialia dependentiam. Quare alii Thomistæ communi ter concedunt per potentiam Dei absolutam gratiam esse posse sine charitate, & e contra; non conveniunt tamen in responsione ad probationem minoris ex inconvenienti deductam; sicut neque in hoc conveniunt, quod habitus charitatis vim habeat sanctificandi formaliter, prout est realiter distinctus ab habitu gratiæ; Qui concedunt alterutrum qualiter per se sufficere ad justificationem, ad remissionem peccati, & ad æternam salutem, dicunt consequenter in eo calu hominem esse salvandum vel cum sola gratia sine charitate, vel cum sola charitate sine gratia, ita Valquez *disp. 1. 98. cap. 7.* Turrian. *disp. 2. dub. 14.* Morandus *quæst. 10. cit.* quod enim modò nullo saltem sine utroque habita, ex eo provenit, quod modò de lege ordinaria hi duo habitus in homine salvando sunt necessariè coniuncti. Sed contra hunc dicendi modum dedit argumentum Scoti præcedens, quod si alterutra qualitas per se sufficit ad hæc omnia, nimirum ad justificationem, ad remissionem peccati, atque æternam salutem, plane altera superflueret, cum una sufficeret.

163 Alii verò id negantes dicunt, quod gratia quidem sine habitu charitatis sufficeret ad hæc omnia, atque addò homo cum sola gratia justificante simpliciter deberet salvari, cum nimirum ratione ipsius gratiæ, tanquam filius Dei adoptivus, habeat jus hereditarium, & tanquam amicus habeat jus amicitiae ad æternam gloriam; eique nihil præjudicaret carentia illius habitus charitatis; Quinimò de factò non dirigitur homo ad gloriam per habitum charitatis, quasi per se, & formaliter: sed tantum ratione actus dilectionis ad quem charitas inclinatur, & qui est meritorius, undè à fortiori sicut potest homo salvari abique actu dilectionis, ut patet de parvulis baptizatis, ita omninò sine habitu charitatis cum gratia sanctificante debet salvaretur. Ex alia autem parte homo cum habitu charitatis sine gratia sanctificante per se loquendo non salvaretur; nec esset verus iustus coram Deo, nec emundaretur à peccatis, si quæ jam habebat; alioqui enim si habitus charitatis vi sua formaliter hæc omnia præstaret, nullatenus deberet distingui alius habitus gratiæ, ut contra priorem dicendi modum urgebamus; Quare in casu argumenti dicunt homini illi non magis prodesse habitus charitatis, quam de factò homini decedenti in peccato profuit habitus fidei, & spei. Hoc verò totum aliud intelligi debere, per se loquendo: quoniam si ponatur casus, quod homini jam iusto Deus sua voluntate abique illius culpa auferat habitum gratiæ, tunc dici potest quod ratione præcedentis gratiæ adhuc consequeretur à Deo gloriam; Quod verò dicebat D. Augustinus de charitate dividente inter filios regni, & perditionis, facile explicatur ratione concomitantis inseparabilis quam de factò juxta ordinariam Deilegem charitatis habitus cum gratia tenet ita Averfa, Suarez, Lezana, Haquetus, Serra, & alii Thomistæ passim.

164 Hæc solutio impugnat rationibus quibus probant Auctores primæ solutionis habitum charitatis per se ipsum habere vim sanctificandi formaliter, quod quidem probatur, tum ex Scripturæ frequenter hanc vim ei tribuente, ut constat ex *loc. cit. 1. Cor. 13. si charitatem non habeam, nihil mihi prodesse.* Tum ex Conc. Senonensi *e. 16. in fine,* ubi expressè dicit charitatem justificare, & ex Trid. *sess. 6. c. 7.* ubi cum dixisset hominem justificari, cui merita passionis Christi applicatur, subiunxit, hoc fieri, dum per Spiritum Sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui justificantur atque illis inhæret; Tum ex Aug. & Greg. *cit.* & aliis Patribus vellem nuptialem eam appetantibus, quæ dividit inter Filios regni, & perditionis, & nihil de gratia dicentibus, quod non dicant de charitate; ergo si distinguuntur, alterutra earum sufficiens erit ad hominem salvandum; vel præstabit dicere non distinguuntur, sed potius eundem habitum importare ad superfluitatem evitandum. Nec valet allata responsio, charitatem dici sanctificare ratione adiunctæ gratiæ habitualis; non tamen quia ipsa charitas sanctificet formaliter, sed, ut alii dicunt, sanctificet consequenter, quia, scilicet, regulariter consequitur ad gratiam, quæ formaliter sanctificat. Non valet inquam, quia ut arguebam *num. 161.* Scripturæ, Concilia, & Patres docent per solam charitatem homines perfectè justificari, quod perperam utique folli tribueretur charitati, nulla facta alterius habitus mentione, cui verò, propriè, & formaliter hoc munus conveniret charitati verò non nisi concomitantè, & consequenter.

165 Respondet Ovidius *num. 91.* esse contra Scripturæ, & Concilia hominem perseverantem in habitu charitatis non perducit ad vitam æternam, & illius non esse heredem, quia est contra Scripturæ, & Concilia habitum charitatis de factò separari ab habitu gratiæ; casu tamen ficto, & supposito, quod separaretur; contra Scripturam non esset admittere, hominem illum beatum non esse; quare inquit hominem illum gratia destitutum, & habitu charitatis ornatum, propriè non habiturum jus hereditarium ad regnum Cælorum, quia non participaret divinam naturam, neque esset filius Dei adoptivus. At neque id satisficit, non tantum enim est contra Scripturam, & Concilia asserere hominem charitatem habentem non salvari, quia fit contra Scripturam, & Concilia habitum charitatis de factò separari ab habitu gratiæ; sed etiam quia Scripturæ, & Concilia docent habitum charitatis ex se habere vim sanctificandi formaliter; neque unquam dicunt hanc vim habere ratione concomitantis inseparabilis, quam modò habet cum gratia; sed absolute dicunt hanc vim ex se habere nulla profusa facta mentione habitualis gratiæ; itaque ita absolute habet vim sanctificandi tribuunt charitati, sicut gratiæ, imò frequentius charitati, quam gratiæ; unde si forent habitus distincti, & unitantum eorum conveniret sanctificandi formaliter; alteri verò tantum concomitantè; ex modo loquendi Scripturarum planè id potius deberet tribui charitati formaliter, & gratiæ tantum concomitantè, cum sepius, & frequentius hoc munus à Scripturis, Patribus, & Conciliis tribuatur charitati, quam gratiæ; quod utique non fecissent, si charitati tantum competere concomitantè, gratiæ verò formaliter. Cum ergò indifferenter hoc munus gratiæ, & charitati tribuatur à Scripturis, & Patribus, & nihil dicant de gratia, quod uniformiter quoque non asserant de charitate, sanè ex hoc loquendi modo, quod pro eodem habitu utrumque accepterit sub diversis nominibus significato, potius est deducendum.

Sexta probatio à priori.

166 Sextò probatur ratione veluti à priori, quia non implicat esse unam formam, quæ habeat illos duos effectus remittendi peccata, & movendi ad dilectionem; nec est aliquod probabile signum, undè colligamus hos duos effectus ab eadem forma non provenire; ergo sine fundamento asseritur præter inhærentem charitatem, quæ est virtus diligendi Deum, esse aliam formam inhærentem quæ utrumque deserviat ad reddendum hominem gratum Deo, & per illam formam expellantur peccata. Confirmatur, quia solus habitus charitatis sufficiens est ad tollenda peccata, & per illum tollerentur, etiam si alia forma non infunderetur; ergò frustra, & sine fundamento ponitur alia forma distincta ad tollenda peccata.

Respondet Calpenius fieri non posse, ut una simplex forma habeat illos duos effectus emundandi hominem à peccatis, & immediate operandi erga Deum, sicut operantur virtutes, quia habitus charitatis de se non habent formalem repugnantiam cum peccato; undè licet regulariter contingere non possit, ut aliquis sit in charitate cum peccato aut emundetur à peccato sine charitate, quam hominem gratia, & charitas nunquam separantur; tamen per divinam potentiam fieri potest, ut aliquis per gratiam mundetur à peccato sine virtute charitatis; & ut cum virtute charitatis sibi gratia maneat in peccato, quia virtus charitatis seclusa aliâ forma non habet repugnantiam cum pecca-

to; Unde ad Confirmationem negat habitum charitatis per se sufficere ad tollenda peccata formaliter sine alia forma. Sed hoc totum gratis dicitur; quia Scripturæ, Concilia, & Patres ita charitatem formalem tribuunt repugnantiam cum peccato, & virtutem emundandi ab illo, sicut gratia; id omnè frequentius hoc charitati adscribitur quam gratiæ, ut ostensum est; ergò gratis omninò dicitur habitum charitatis de se formaliter non habere repugnantiam cum peccato, neque id satis est probare auctoritate D. Thomæ, ut ibi probat præfatus Autor, sed probandum alterius erat ex Concilio, & Patribus, qui potius expressè oppositum docent, aut saltem aliqua urgenti ratione.

167 Alii verò dicunt illos effectus non posse ab eadem forma provenire, quia per gratiam homo respicit Deum, ut diligenter per charitatem vero ut diligibilem; tum quia effectus charitatis formalis est tantum constituere hominem dilectorem Dei, sed potentem Deum diligere; effectus vero formalis gratiæ est constituere hominem sanctum, & dignum amore Dei; sed effectus dignum amore Dei, & esse potentem amare Deum est; quod realiter distinctum, ergo nequeunt ab eadem forma provenire, ita Ovidius *loc. cit.* Sed Contra, quia etiam in rebus physicis, & naturalibus videmus plures effectus realiter distinctos ob eadem physicam formam provenire, & eadem visio denominat realiter potentiam videntem, & objectum visum; & quando id negatur de effectibus physicis, saltem de pluribus effectibus moribus negari nequit, quales sunt in proposito juxta nostram præferentiam sententiam respectu gratiæ, vel charitatis, peccata remittere, hominem constituere amicum Dei, filium adoptivum, & similes; Tum quia quamvis constituere hominem dilectorem, seu potentem Deum diligere sit effectus charitatis physicus, eique ex natura rei conveniens, ut dictum est supra *num. 11. & 12.* potest adhuc per eundem habitum, licet sub diversâ ratione, respicere Deum, ne dum ut diligibilem, sed etiam ut diligenter; ait enim Christus *Joan. 14. si quis diligit me, diligetur à Patre meo;* ergo idem ille habitus, qui me constituit dilectorem Dei, potest etiam esse causa, cur Deus me diligat, sed me constituere objectum divinum amorem Dei; atque ita respicere Deum, non tantum ut diligibilem, sed etiam ut diligenter, ac me redamantem; licet sub diversâ ratione, & cum hoc discrimine, quod me constituit dilectorem Dei, vel potentem amare Deum in genere physico, quia id convenit charitati ex principiis suis intrinsecis, at non constituit me dignum amore Dei, nisi moraliter, & ex ordinatione divina, unde declaratam est supra *num. 11. & 12.* ex natura vero rei habere charitatem præcedit solum quædam congruitas, quatenus magis constituitur est, ut Deus in alicui, & gratiam, eligat, quem videt in amorem ejus propensum, & inclinatum, quam quamvis alium, ut ibi declaratum est *num. 16.* quod adhuc latius declarabitur in solutione objectorum *num. 181.*

168 Respondent tandem Thomistæ recurrendo ad eorum præcipuum fundamentum, necessitatem distinguendi gratiam à charitate inde colligi, quia quæ debet prius constitui in esse supernaturali absolute, & quæ si substantiatur quam in esse principii agendi supernaturaliter, sic autem non constitueretur, nisi gratia ita esset realiter à charitate distincta, ut illa immediate subiectetur in essentia anime, gratia verò in potentia; sic enim videmus naturam compleri in ordine naturali, quod prius datur ipsi forma substantialis, quæ constituitur in esse naturali; & deinde potentia, quæ sui principii agendi naturaliter; & ratio universalis est, quia in omni ordine tam naturali, quam supernaturali, agere præsupponit esse.

169 Sed contra, quia hoc fundamentum Thomistarum est penitus ruinofum, etenim hæc quæ, quod agere præsupponat esse, & actus secundus actum primum; non rectè deducitur, quod ab alia forma debeat constitui agens in actu primo, & ab alia egrediatur actio; utrumque enim per eandem formam haberi potest, quatenus eadem forma dare esse agentis, seu ipsum in actu primo constituere; & postea actionis sibi convenientis esse principium: sic calor qui calefactivus est principium, prius constituit ignem in esse calidi, & deinde ignis per eum agit, ut per potentiam calefactivam; sic pariter eadem virtus moralis dare esse, & operari, prius enim animum constituit in esse quodam morali, & studioso, & insuper propriè actus est principium ut dicitur *Rada controv. 14. art. 1. notab. 2.* sicut ergo virtus moralis acquisita præsupponit hominem tantum in esse naturali moralitatis capaci, non autem in esse morali, sed potius in tali esse ipsum constituit; ita virtus charitatis infusa non supponit hominem in statu supernaturali, sed capum supernaturalitatis capaci, & potius ipsum primo in tali esse constituit, & simul est principium actionis supernaturalis; satis enim ad virtutem naturalem præsupponit ipsam naturam ejus capacem; ut patet de dono fidei, cui succedunt se non necessariò præsupponitur quoad esse aliquid supernaturale, cum verò manet in peccatore ablata gratia, & charitate.

170 Dices, ut conferatur alicui principium agendi in ordine naturali, debet prius ipsi conferri principium efficiendi correspondens, & exigit illud principium, ut constat in exemplo allato de igne, cui conferatur calor, qui est principium calefaciendi, quia habet formam substantialem talis principii activi exigentiam; ergo sic pariter dicendum in ordine supernaturali, quod ut anima: conferatur principium agendi supernaturaliter, sicut est charitas; debet in ipsa presupponi forma ipsam constituentem in esse supernaturali, & divino, quae sit exigentia principii activi supernaturalis, & haec erit gratia. Respondeo falsum esse profertur assumptum, ut patet de aqua calida, cui conferatur principium calefaciendi, nimirum calor, absque eo, quod ei conferatur principium efficiendi exigens illud principium agendi; ergo si id necessarium non est in ordine naturali, nec necessarium erit in ordine supernaturali. Tum quia si Deus eam proportionem servaret in ordine supernaturali, quam servari dicunt in naturali: sequeretur quod sicut in hoc ordine ablata substantialem formam, per quam res constituitur in esse naturali absoluto: tollantur etiam formae, quibus constituitur in esse principii activi; & ablata gratia semel per peccatum, qua homo constituitur in esse absoluto supernaturali, ac veluti substantialem, ut Adversarii loquuntur: auferri quoque deberent formae aliae supernaturales, quibus constituitur in esse principii activi supernaturalis, ut scilicet fides, spes, & charitas, cujus oppositum fides docet: si quidem ablata gratia, & charitas per peccatum mortale, non propterea auferuntur spes, & fides, nisi quando peccata sunt contra illas virtutes, ut recte arguit Vasquez *disp. cit.* pro sententia nostra; ubi tandem concludit, quod licet forma, quae dat esse substantialem, distinguatur a forma accidentaria, quae operandi facultatem tribuit: tamen forma accidentaria, quae dat esse, non necessario distingui debet ab ea, quae tribuit operandi facultatem, ut constat in aliis exemplis; ita ab eodem habitu charitatis potest idem homo fieri gratus, & iustus per participationem rationis, & esse supernaturalis, & habere facultatem operandi opus supernaturalis dilectionis, quod etiam Rada notavit *cont. cit. ad 1. primam*.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Objectiones diluuntur.

171 IN oppositum plura Thomistae obiciunt, quae omnia levis esse momenti fatetur ingenium Ovviad. & plura dissolvit concludens, se oppositum tenere sententiam ob ipsam D. Thomae auctoritatem. Adducunt aliqui Concilii Viennensis auctoritatem distincte loquentis de gratia, & virtutibus; dum inquit *conferri in baptisate informantur gratiam, & virtutes*, ex quibus inferunt gratiam non esse virtutem, ac proinde ab habitu gratiae ceteras distingui Theologicas virtutes. Quae auctoritas explicari debet, sicut alia confirmis explicata est supra n. 157. Trident. *sess. 6. cap. 7.* dum inquit nostram justificationem fieri *per infusionem gratiae, & donorum*; potuit enim id operari dicit, etiam ipsa esse theologica virtus perinde enim esset, ac dicitur infundere gratiam, & ceteras virtutes ab ea distinctas; ipsa autem facta est de gratia mentio, ut eo loquendi modo inhaereret ipsam esse omnium virtutum nobilissimam, & ideo nomine propriae speciei est appellata, reliquae vero ut minus perfectae nomine generis tantum, eo modo, quo Christus de Petro loquens dixit *dixit Apostolus, & Petro*, volens hoc loquendi modo significare, non tantum esse Apostolum, sed & Collegii Apostolicum caput.

172 Secundo arguitur ex his, quae Scriptura dicit de charitate nam ad Rom. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis*, prius ergo intelligitur, quod Spiritus sanctus sit nobis datus, quam quod charitas sit diffusa, siquidem hoc posterius dimanet ex priori; at Spiritus sanctus non potest intelligi dari nobis in illo priori, nisi per gratiam; ergo gratia, & charitas sunt distinctae; Similiter ad Galatas quinto, ait idem Apostolus *fructus autem Spiritus est charitas* prius ergo in nobis est Spiritus; tanquam radix, ex qua oritur fructus, qui est charitas, illud vero prius non potest intelligi quid sit, nisi gratia. Clarius id colligitur ex aliis Scripturae locis, in quibus gratia, & charitas ponuntur, tanquam distinctae, ut patet 2. Cor. 13. *gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei*. Item probatur ex patribus; nam August. *lib. de Spiritu, & littera c. 23.* in fine distinguit iustitiam, qua *iusti efficiuntur* a charitate, qua Deus *nos facit dilectiores*, & Dionysius *cap. 2. de Eccl. Hierarchia par. 1.* dicit non posse hominem operari divina, nisi prius fuerit consecutus statum divinum, quem admodum nec aliquis exequi potest opera hominis, nisi prius fuerit homo.

173 Respondeo negando minorem, quod Spiritus sanctus non possit intelligi nobis dari in illo priori, nisi per gratiam habitatalem; datur enim nobis etiam per gratiam actualem, seu per

auxilium gratiae moventis nos ad justificationem, cum hoc sit specialis Spiritus sancti motio, iuxta phrasin Trident. *sess. 6. can. 3.* si quis dixerit sine praevientem Spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur: ex quibus verbis patet Concilium per Spiritum sanctum intelligere gratiam actualem praevientem, quam ab habituali distinguit; eodem modo exponi potest alter locus ad Galatas, citata quem advertit Vasquez quod cum dicitur *ibi fructus Spiritus est charitas*, idem dicitur de aliis bonis operibus, nempe de gaudio, pace &c. quae tamen non sunt habitus, nempe de gaudio, unde inquit per Spiritum ibi Paulum intellexisse fidem, quae movet ad haec bona opera, quem Spiritum opponit Paulus ibi litterae legis exteriori sonantis. Ad alium locum 2. Corin. 13. per gratiam Christi Domini intelligi potest gratia actualis, & per charitatem habitualis, vel per eam gratiam intelligi habitatalem, loquitur de illis distincte, quia res vera inter gratiam, & charitatem aliqua intercedit distinctio, vel formalis, vel pecnae connotata, non tamen realis, ut explicatum est *num. 154.* Ad D. Augustinum ad Vasquez per gratiam, quae iustificatur apud ipsum, & Concilium Milevitanum intelligi auxilium gratiae moventis nos ad justificationem, nempe fides ipsa, vel alia qualibet specialis motio Spiritus sancti, quae ad justificationem disponitur. Dionysius tandem clarum de se habet intelligentiam, inquit enim hominem non posse supernaturaliter, & merito operari, nisi divinum, & supernaturalem statum acquirere, quod utique ei contingere potest per charitatem, quae Deo facit hominem gratum, & amicum.

174 Tertio obicitur praecipuum Thomistarum fundamentum, quod a Lezana sic proponitur; forma quae dat esse non potest esse proximum, & immediatum principium operandi; sed gratia dat esse supernaturale, ergo debet distingui ab ea, quae est proximum principium operandi merito, qualis est charitas. Si dicas rationem non convincere, quia est verum fit, quod forma, quae dat esse substantialem non possit esse principium immediatum operantis, quia substantia non est immediata operativa; tamen forma, quae dat esse accidentaria, bene potest esse principium proximum operantis, ut patet in calore, & aliis. Contra hoc est, quia esse supernaturale, quod dat gratia, est quasi esse substantiale quia est prima radix aliorum donorum, quemadmodum enim ad finem naturalem consequendum dedit Deus cultum rei substantialem naturam, potentias, & operationes, quae omnia distincta sunt realiter, ut patet; sic similiter in ordine ad finem supernaturalem consequendum dedit Deus naturam supernaturalem, scilicet, gratiam habitatalem potentias, scilicet, opera meritoria; sicut ergo in naturalibus substantia, & natura distinguuntur a potentia realiter, ita similiter gratia, quae est quasi natura in esse supernaturali, distinguitur realiter a virtutibus, & per consequens a charitate, quia illae omnes sunt quasi potentiae illius.

175 Respondeo satis constare ex dictis *num. 169.* fundamentum hoc esse labile, principium enim, quod assumitur in maiori non semel in Philosophia rejectum est, ubi ostendit formam substantialem esse quae immediata operativa, & non penitus otiosa, & animam non operari per potentias realiter ab ipsa distinctas; & quando id etiam concederetur de forma substantialem, quod semper distinguatur a principio proximo operandi; in accidentalibus formis debet omnino negari, cum & principia essendi, & agendi esse queant, ut constat de calore, qui ignem, vel aquam in esse calido constituit, & est principium immediatum calefaciendi; unde in praesenti non valet consequentia ad gratiam, cum enim sit forma accidentalis, potest & dare esse supernaturale, & esse principium immediatum agendi supernaturaliter; Ad replicam contra hanc solutionem respondeo quod quicquid fieri, an gratia sit prima radix aliorum donorum, nam fides, & spes sine gratia manent in peccatore, licet informes sine gratia; quavis in ordine gratiae, & supernaturali possit dici forma, veluti substantialis, quatenus dat esse omnino primum supernaturale, tamen secundum esse physicum est quod accidentale superadditum animae, quod est principium vitale operationem etiam supernaturalem a gratia procedentium. Falso insuper in illo dicitur assumitur, quod natura, & substantia realiter a suis potentis distinguitur, quia id omnino negamus in anima. Dices, in naturalibus haec tria semper esse distincta esse, posse, & operari; ergo etiam in supernaturalibus. Negatur assumptum, ut patet in instantia allata de anima, & eius potentis; quo etiam admisso, non valet paritas in proposito, in quo esse, quod habetur per gratiam, etiam sit omnino primum esse supernaturale, tamen secundum esse physicum est esse accidentale, quod utique ab eadem forma accidentali potest dari, sicut & agere; quibus de causis Ovviad. *loc. cit.* ingenue fatetur hoc fundamentum Thomistarum esse penitus imbecille.

Quarto

176 Quarto arguitur, Deus debet conaturaliter perficere naturam completam in esse supernaturali, sicut completam in esse naturali; sed in ordine naturali prius completam illam dando illi formam substantialem, quam dando ipsi potentias naturales ergo prius in esse supernaturali debet conferre ipsi formam, quam constituat in esse supernaturali, quae formas, quae sunt principia agendi supernaturaliter. Confirmatur nam virtutes acquiritur, & naturales presupponunt naturam humanam perfectam in ordine naturali; ergo etiam virtutes infusae, & supernaturales presupponunt naturam perfectam in ordine veluti divino, & supernaturalem; sed in ordine supernaturali natura perficitur per gratiam, quae per ipsam elevatur ad ordinem supernaturalem; ergo charitas, & aliae virtutes supernaturales presupponunt gratiam elevatam naturam ad finem supernaturalem. Denique charitas non potest esse prima forma dans esse supernaturale, ac veluti divinum; ergo debet presupponere aliam, scilicet, gratiam habitatalem, probatur assumptum; tum quia est virtus solum proximam operativa, de cuius ratione est supponere aliam formam radicaliter operantem; tum quia cum sit in voluntate, quemadmodum voluntas supponit intellectum, & essentiam animae, sic etiam charitas supponit fidem, quae est virtus intellectuales, & gratiam, quae est veluti essentia constituens ordinem veluti divinum, & supernaturalem, sicut charitas beatorum supponit lumen gratiae.

177 Respondeo primo negando maiorem, quia ut constat ex dictis *num. 170.* minime opus est in utroque ordine eandem levati proportionem, cum non sit eadem ratio de utroque, ac etiam negando minorem, in qua falso supponitur, formas substantiales non esse activas, & potentias animae ab ea realiter distingui. Ad Confirmationem constat ex dictis *num. 169.* argumentum esse potius ad oppositum, quia sicut virtus moralis acquisita non presupponit esse morale, sed solum naturam eius capacem; ita virtus supernaturalis non presupponit esse supernaturale, sed naturam eius capacem; & sicut virtus moralis hominem constituit in esse morali, & studioso, & est principium operationis studiorum; ita patet virtus supernaturalis esse forma dans esse supernaturale, & principium operis supernaturalis, ut bene Rada *cont. cit. ad ult. prin.* tum quia hoc etiam modo possumus dici prius constitui in esse supernaturali absoluto per charitatem, quatenus subiectum informat, quam constituitur in esse principii operativi supernaturalis per illam, ita ut relatione ad subiectum dicatur gratia, relatione vero ad actum dicatur virtus, & charitas. Ad ult. negatur assumptum, siquidem per ipsam charitatem optime dicitur postum esse divine naturae consortes, cum ipsi inveniuntur Deus in hac vita familiariter, & amice tractet nobiscum, iuxta illud *manifestum apud eum faciemus*; tum quia per eum constituitur filii Dei, & futuri participes beatitudinis post hanc vitam; ad primam assumpti probationem, negamus esse de ratione formae proximae operativae, quod supponat aliam formam radicaliter operantem, ac aliam probationem dicimus etiam esse ad oppositum, quia sicut anima, per quam homo constituitur in esse naturali, non distinguitur realiter a suis potentis; ita neque opus est gratiam, per quam constituitur in esse supernaturali, distingui a suis, & licet fides in voluntate, ad hanc tamen a charitate procedat charitatem in voluntate, ad hanc tamen a charitate pendet in ratione fidei perfecta, & formata, ut eius operatio esse possit aeternae vitae meritoria de condigno, atque ideo sola charitas dicitur prima forma, animam constitutens in esse supernaturali, ac veluti divino absolute loquendo.

178 Quinto arguitur Curiel. licet non sit absolute necessarium, ut nobis infundatur aliqua gratia iustificans distincta a charitate, alique virtutibus, quae respectu harum se habeat, ut natura se habeat respectu potentiarum; nam si sola virtutes nobis infunderentur, possemus eodem modo credere, sperare, & amare, sicut iam facimus; negari tamen non potest, quin possit nobis infundi gratia distincta a virtutibus, quae respectu harum se habeat, tanquam natura respectu potentiarum; ergo dicendum est hoc ita fieri, quia naturae rerum convenientius est.

Respondeo negando assumptum quoad secundam partem, cum explicari nequeat, qua ratione possit dari gratia in essentia animae, quae respectu virtutum se habeat in natura respectu potentiarum; veliam se habere per modum naturae respectu virtutum, quia illas sustentat sicut natura potentias; & hoc non, quia sicut destructa substantia, facultates naturales permanere nequeunt; ita ablata gratia per peccatum ab anima, deficient quoque aliae virtutes infusae, quod falsum est de fide, & spe; Vel se habere per modum naturae respectu virtutum, quia per eas operatur, sicut natura per potentias, & neque hoc dici potest, quia sicut anima per potentias dicitur

intelligere, & velle: ita & gratia per virtutes diceretur credere, sperare, & amare, quod est ridiculum. Vel tamen diceretur se habere per modum naturae respectu virtutum, quia naturam animae elevat ad esse supernaturale, ac veluti divinum, reddiditque eam proportionatam, ut possit alios habitus supernaturales recipere, ac per eos operari, atque ideo ab his supponitur, ut natura potentis, Et neque hoc dici potest, quia, ut inquit Coninch. hoc modo non se haberet per modum naturae, sed potius per modum dispositionis; huius enim proprium est reddere naturam, sive subiectum aptum, & proportionatum ad recipiendam formam inducendam, eaque bene utendum; ex quo deinde sequeretur virtutes sine gratia non posse in anima, saltem modo sibi conaturali, & sine novo miraculo existere, vel operari, quod apud omnes falsum est, quia fides, & spes peragunt in peccatore, & operantur in eum independentes a gratia, absque ullo miraculo; unde rursus patet inductam Thomistarum proportionem de natura respectu potentiarum, & gratia respectu virtutum nullam esse rationem.

Alia ratione Caspensis, Averii, & Ovviadi.

179 Sexto arguit Caspensis, gratia iustificans essentialiter repugnat peccato mortali habituali, cum per ipsam fiatius divinae naturae participes, quod charitas non convenit, quae per absoluturam Dei potentiam potest cum peccato mortali consistere. Respondeo negando assumptum; non enim gratia repugnat cum peccato, nisi mortaliter, & ex divina ordinatione, ut constat ex dictis *qu. 2.* imo si gratiam esse divine naturae participationem in eo consistit, quod per gratiam homo acquirit promeritudinem, potentiam, & habitatem ad omnia opera sancta, & honesta, quod est proprium Dei, ut declinant Ovid. & alij; potius haec repugnantia cum peccato deberetur charitati, quam ulli alteri qualitati, quia ea promittitur, & habitas ad opera sancta, & principium ad Dei dilectionem, formaliter habetur per ipsum charitatis habitum; Tum quia ut dictum est *num. 166.* regulatier loquendo, & de facto Scripturae, Concilia, & Patres ita charitatem formaliter tribuunt repugnantiam cum peccato, & virtutem emundandi ab illo, sicut gratia; imo frequentius charitatem hoc tribuunt, quam gratia.

180 Septimo urget Averia, quia sine dubio in homine iusto repugnant haec duae rationes, nempe quod si gratus, & acceptus Deo, & quod habeat facultatem ordinis supernaturalis ad diligendum Deum; quoad primam rationem habemus gratiam iustificantem, quoad secundam habitum charitatis, & haec videtur sufficiens ratio ad realiter distinguendas has duas qualitates supernaturales. Confirmatur, quia videtur esse maior ratio, quam ad distinguendam ipsam charitatem ab aliis virtutibus infusis eam comitantibus: siquidem convenit in hoc, quod formaliter dicunt ordinem ad operationem, in quo tamen charitas distinguitur a gratia praecise sumpta, quae formaliter habet reddere hominem Deo gratum sine ullo ordine ad operationem; ergo si charitas distinguitur ab aliis virtutibus, tanto magis debet a gratia habituali distingui; Ad etiam si admittatur possibile esse qualitatem quandam supernaturalem, quae utrumque munus exerceat; magis tamen congruit consuetae ordinationi rerum distinguere duas qualitates; nam pari ratione admittendum esset, possibile esse qualitatem, quae non solum esset charitas, sed exerceat quoque actus aliarum virtutum infusarum, de factis tamen puras plures esse habitus distinctos. Tandem distincti effectus formales distinctos quoque requirunt formales causas; ideo enim fidem, spem, & charitatem tres virtutes distinctas statuisimus, quia tres habent formales effectus distinctos, esse fideles, esse sperantes, & esse diligentes; Cum igitur non minus inter se distinguantur esse dilectos a Deo, quod habetur per gratiam; & esse diligentes Deum, quod habetur per charitatem; erunt etiam inter se distinctae qualitates, & habitus, gratia, & charitas, quae eos effectus efficiunt in nobis.

181 Respondeo negando consequentiam concessio assumpto; si quidem stante identitate reali cum sola formali distinctione, vel ratione connotati, possunt effectus illi diversi ab eadem re oriri, distincta tamen secundum diversas formalitates, vel connotata, ut inquit Rada *contro. cit. ad 2. prin.* sapientia enim divina, & iustitia re ipsa sunt idem, & tamen esse sapientem, & esse iustum sunt effectus valde diversi, & supposita identitate albedinis, & similitudinis in ipsa fundatae, adhuc oriuntur ab eis distincti effectus formales, ut esse album, & esse simile; & in genere efficientis causae ab eodem calore procedit calefactio, & rarefactio, & sic de aliis. Inquit ergo Scotus in hac quaestione quod eadem forma absoluta in anima est, per quam anima diligit Deum, ut obiectum, & per quam ab eo diligitur, & specialis acceptatione acceptatur, sicut idem a Deo diligitur, & amicum ab amico cognitum esset ratio, ob quam me diligeret, & qua

Et qua ego cum diligetem, qua ratione inquit Christus Ioa. 14. si quis diligit me, diligetur a Patre meo, & ita eadem gratia secundum diversos respectus est forma, ob quam a Deo diligimur, & grati efficiuntur; & etiam qua, ut principio, diligimus Deum; quatenus respicit subiectum, cui esse supernaturali tribuit, quo mediante est gratum Deo, dicitur gratia; quatenus vero reddit subiectum potens diligere Deum; ac merito operari, dicitur charitas, ita ut relatione ad subiectum dicitur gratia, relatione vero ad actum dicitur virtus, & charitas.

182. Ad Confirmationem negantur assumptum; ad probationem dico, quod licet charitas cum ceteris virtutibus in eo conveniat, quod omnes formaliter dicunt ordinem ad operationem, ut sic; adhuc tamen differunt per ordinem ad diversas operationes in particulari specie distinctas, ac cum gratia dicitur ordinem ad eandem operationem, cum gratia non sit forma penitus otiosa in anima; & magis unigue distinguuntur virtutes illa in ordine ad plures operationes specie diversitas, quam ipsamet charitas per relationem ad suum actum, a qua talem sumit denominationem, & per relationem ad subiectum, a qua sumit denominationem gratia; quatenus illud reddit gratum, quia due istae relationes tempore ad subiectum, quod informat, & ad actum, quem exercet, utique uni, & eilem forma numero convenire possunt; non tamen illae ad diversas operationes specie distinctas. Negatur etiam magis congruum esse constructivum ordinationi has duas qualitates distinguere ob rationes adductas; Et quicquid sit, an sit possibilis qualitas, quae non solum sit charitas, sed exerceat etiam aliarum virtutum actus; certam tamen esse de facto fidem, ipem, & charitatem esse tres virtutes specie diversitas, quod non est ita certum de gratia, & charitate; cum Scriptura, Concilia, & Patres de illis loquantur, ut virtutibus indistinctis: ut constat ex dictis. Ad ultimum, assumptum non est universaliter verum, ut constat ex modo dictis, ac etiam ante num. 167. ad probationem negatur paritas, quod non sint effectus minus inter se distincti, esse dilectio a Deo, & esse Deum diligentes, quam esse diligentes, sperantes, & credentes; quia hi sunt actus specie distincti, qui proinde peccata diversis virtutibus proficiunt, non sic esse Deum diligentes, & esse ab eo dilectos, & specialia quadam acceptatione acceptos; hi namque effectus ab eadem forma physica praestari possunt, ut ostensum est, praeterquam quia unus est effectus ab ea physice proveniens, scilicet, esse dilectum, vel diligenter Deum, qua ratione dicitur charitas; aliter vero moraliter, qua ratione dicitur gratia: illi vero sunt effectus physici inter se distincti; Quare neque arguit, quod ait Amicus num. 72. quod gratia effectus formalis est facere filium adoptivum Dei, & obiectum diligibile ejusdem Dei; charitatis autem est facere dilectorem Dei, qui videtur esse effectus specie diversus. Etenim diversi non sunt in genere physico, quia primus est effectus mere moralis, & secundus tantum physicus; ille ex divina ordinatione connexionem habet cum illo; nam Deum diligit, & acceptat in filios, & amicos se diligentes, vel dilectores sui juxta illud, si quis diligit me, diligetur a Patre meo; quare hi duo effectus bene possunt ab eadem forma praestari in ordine ad diversa modo jam explicato, unus quidem physice, aliter vero moraliter tantum, & ex divina ordinatione juxta dicta num. 167.

184. Octavo arguit Ovicidus habitus charitatis tantum habet ex suis praedicatis constituere hominem dilectorem Dei, seu potentem Deum diligere: sed hoc formaliter non est hominem esse sanctum: ergo habitus charitatis ex se praesens non constituit hominem sanctum: major patet, quia nulla est ratio, quae aliud praedicatum in habitu charitatis demonstrat: minor probatur, esse hominem sanctum est esse obiectum dignum amore Dei: sed esse dignum amore, & esse potentem amare est quid realiter distinctum: ergo habere habitum charitatis, & esse sanctum realiter distinguuntur. Minor probatur; non enim ex eo quod quis Regem amaret, dignus esset redemptione amicitiae, imo neque praesens ex eo, quod illum amet; est enim amor ex se ad amorem junctum, seu ad redemptionem excitat, tamen ut hanc mereatur, debet suppone dignitas ex parte subiecti, ut talis amor redemptionis vicissitudine solvi debeat. Patet hoc in exemplo hominis viliis, qui quamvis ardentem Regem amet, non tamen dignus exitu amicitiae Regis; ergo praeter amorem debet suppone dignitas ex parte subiecti, ut ad amantem possit amicitiae redemptio terminari; Haec autem dignitas in iustis tribuitur a gratia, per quam constituitur homo dignus amore Dei: & talis amor ad illum terminatus est amor amicitiae, qualis non est actus quo Deus peccatori vult bonum, quia illud non vult, tanquam subiecto digno, ac proinde licet talis actus sit amor, quo Rex amat hominem plebeum, cui bona imperitiam usque flatus congrua, non est amor amicitiae, non enim ob id Rex dicitur amicus plebei hominis, quia amicitia dicitur aequalitatem inter amicos; &

quia nullus habere potest aequalitatem cum Deo, Deus facit hominem suam naturam participare per gratiam, ut hac ratione factus divinae naturae participet. Dei amicus, & dignus tali amicitia.

Respond. concessa majori, distinguendo minorem, hoc quod est hominem esse dilectorem, seu esse in amore Dei propentum ex habitu charitatis, non est hominem esse sanctum ex natura rei, & physice, etiam dicitur: moraliter & ex ordinatione divina, nego; sic enim vel sunt idem realiter, vel saltem necessario connexa juxta illud qui diligit me, diligetur a Patre meo; ad probationem minoris, concessa rursus majori, eodem modo distinguo minorem: esse dignum amore alicujus, & esse in ejus amore propentum est quid realiter distinctum physice, & ex natura rei, concedo; moraliter, & ex divina ordinatione nego, sic enim vel sunt idem realiter, vel saltem necessario connexa juxta illud qui diligit me, diligetur a Patre meo; ad probationem minoris secundi sillogismi dico, quod nullum probari solum habitum charitatis ex sua physica coitate illam habere exigentiam connaturalem, saltem proximam, ob quam Deus debeat hominem tali habitu decoratum amare amore amicitiae, neque habere ex natura rei, ut hominem constituit dignum tali amore, imo habere eadem ratione idipsum probavimus supra quae 1. num. 11. & 12. non tamen probat, quod ipsam neque constituit dignum tali amore moraliter, & ex ordinatione divina: quatenus Deus deest ut diligens esse: & alioquin ex natura rei magis congruum est ceteris paribus, ut Deus in amicum, & carum eligat, quem videt in amore ejus propentum, & inclinatum, quam quem visum alium; quae est ratio a nobis superius allata quae 1. num. 16. cui Deus hanc formam potius, & habitum supernaturalem deputaverit ad hos effectus supernaturales praestandos, quam aliam qualitatem: ceteris enim paribus magis dignus est amore suo, quia magis amat, & est in meum propentum amicum, quam quilibet aliter: & eo ipso, quod in eo talem propentum video, & alacritatem ad me amandum, congruum est ut declaretur dignus amore meo, ac mea amicitia; & haec est dignitas, quae in iustis tribuitur a gratia, & per quam constituitur homo dignus amore Dei. Ad exemplum allatum patet dico probate solum, habitum charitatis non habere esse virtutem constitutivam hominem dignum amore Dei, quippe amicitia: potest tamen habere hanc virtutem ex divino beneplacito, ob aliquam congruitatem, qua ratione potest etiam Rex hominem plebeum, quem videt in sui amore inclinatum, & valde propentum, declarare suo amore dignum, & amicum, abique eo quod illum praecedenter elevet ad talem dignitatem per aliquem gradum nobilitatis ei collatum: Ita ergo res se habet in proposito, quod nulla alia dignitas praerogativa in homine, ut valeat assumi ad amicitiam Dei, quam ipsamet charitatis habitus, qui hominem facit dilectorem, & diligenter Deum.

Postremo arguit Thomista hanc realiter distinctionem charitatis, & gratiae ex reali distinctione subiectorum, quia gratia est in essentia animae immediata, charitas vero in voluntate, & ratio est, quia cum gratia sit habitus non operativus, sed solum constitutivus hominis in esse supernaturali, & divino, merito immedie subiectatur in tota animae essentia; non vero charitas, quia est habitus operativus, cum igitur animae essentia realiter a suis distinguitur potentis; sequitur gratiam, & charitatem non debere habitus realiter distinctos, quia accidentia subiective distincta, sunt quoque inter se realiter distincta, quia neque idem accidens esse connaturaliter in pluribus subiectis realiter distinctis.

Respondet in argumento plura falsa supponi; primo namque falso supponitur substantiam animae a suis potentis realiter distingui, oppositum namque Doctor demonstrat 2. disp. 16. & nos in libro de Anima; Deinde falso supponitur habitum gratiae nobilissimum esse penitus otiosum, & non actuum, & operativum, etenim est operativus amoris Dei super omnia, quae est perfectissima hominis operatio, & est imperativus actuum omnium aliarum virtutum ultimata in Deum: sicut enim haec innumera charitatis tribuuntur 1. Corinth. 13. Charitas patiens est benigna est, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, & cetera patitur in quantum gratiae 1. Petri 2. Haec est gratia Dei, si propter Dei consensum sustinet quae voluntas, patiens iniquitas & cetera. unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrans bonis dispensator est misericors gratia Dei, & Heb. 6. 12. Habebis gratiam, per quam serviamus placentes Deo cum metu & reverentia, ex quibus & aliis pluribus similibus Scripturae locis, clare deducitur gratia esse formaliter, & immediate operativam, sicut est charitas, quia unam indivisibilem praesentem formam absolutam de genere qualitatis. Denique falso supponitur gratiam esse subiectivam in anima essentia immediata, sic enim est in sola voluntate principio principaliter humani actus ex Seco 2. disp. 26. & 3. disp. 33. ubi G. quia tamen asserimus esse idem secundum rem essentialem, & potentiam, consequenter dicere debemus hanc qualitatem in esse quoque animae, non quidem quatenus habet rationem essentiae indeterminatae secundum.

secundum virtutem activam ad plura, sed quatenus habet rationem potentiae determinatae, nimirum quatenus voluntas, ut docet Scotus 2. disp. 26. in corpore quaestiones; si enim est eadem qualitas gratia cum charitate erit suapte natura habitus operativus; & licet esse formaliter subiecto, & substantia, cui inest, illud tamen esse tributum media potentia, & facultate, cui proxime inest, ut eam amare reddat; & plane effectus charitatis, quatenus facit hominem gratum, recte potest intelligi derivari in essentia media potentia, sicut est contra media potentia, cui proxime inest peccatum, maculat, redditur injusta, & inimica Deo, ut docet Doctor ibidem 2. disp. 26. in solutione ad quartum. Quae autem hic fuisse diximus de distinctione charitatis, & gratiae vide Laconice restricta a Reverendissimo P. Mag. Felice Gabriellio tract. de Fide, Spe, & Charitate disp. 7. qu. 10. nuper edito.

QUESTIO SEPTIMA.

An proxima, & ultima dispositio ad gratiam habitualem ab eadem effectivae procedat.

187. Duplex est dispositio ad gratiam habitualem, alia proxima, alia remotior; proxima dispositiones dicuntur actus illi, quibus in eodem tempore instanti annexa est gratia, seu infusio ipsius; remotior vero dicuntur actus, qui eam tempore praecedunt: non est hic quaestio de remotis dispositionibus, cum enim existentiam gratiae tempore praecedant, certum est ab illa effectivae procedere non posse; quia omnis causa debet effectui coexistere, cum a causa non existente procedere nequeat; adeo tota difficultas reducitur ad actum dilectionis, & contritionis perfectae; reliqui enim actus, qui sunt dispositiones ad gratiam habitualem, veluti actus fidei, & spei saepe tempore justificationem praecedunt; Quae de causa secundum praesentem Dei providentiam illa dilectio Dei super omnia, & perfecta contritio futura est ultima dispositio, quam infallibiliter consequitur infusio gratiae, & justificatio, ut definitum est a Gregorio XIII. & Pio Quinto, contra Michaelen Bajum; Certum est autem hanc ultimam dispositionem procedere efficienter ab auxilio specialis supernaturali, quia de fide est contra Pelagianum omnem hujusmodi dispositionem ad gratiam, & justificationem ex auxilio speciali gratiae actualis provenire; quare solum est quaestio in praesenti, an etiam efficienter procedat a gratia habituali.

188. In hac controversia duae sunt oppositae opiniones; Prima est affirmativa, & valde communis inter Thomistas, quae asserit actum charitatis, qui est ultima dispositio ad gratiam habitualem, procedere ab habitu charitatis, & consequenter a gratia immediata, si haec ab habitu charitatis non distinguitur; & mediate, si sunt duo habitus inter se distincti, ita tenent Cajetanus, Contadus, Medina, Scotus, Cano, Valentia, Valquez, Martinez, Torres, Serra, & alii Thomistae passim auctoritate nixi S. Thomae 2. 2. q. 11. art. 8. asserentes infusio nem gratiae esse primam in justificatione, & post illam sequi videtur liberi arbitrii in Deum, & in peccatum; ergo sequi videtur ex mente ipsius S. Th. charitatem, & contritionem efficienter a gratia habituali procedere. Opposita sententia negat hujusmodi actus, qui sunt ultima dispositio ad gratiam habitualem, procedere efficienter ab ipsa, vel aliquo habitu ipsius, sed solum ab auxilio speciali cum libero arbitrio, quae est communis extra Scholam D. Th. hanc tradiderunt classici Doctores antiquiores, Alensis, D. Bonaventura, Scotus, Ricardus, Gabriel, Durandus, Egidius, & sequuntur Recentiores passim Suarez, Molina, Bellarmine, Coninch, Granad. Tannerus, Artubal, Montescinus, Lorea, Calpenis, Curiel, Aversa, Becanus, imo & plerique Thomistae Jo. S. Thoma, Haecquetus, & alii doctissimi S. Thomae addidissimam, ut notat Lezana tract. 7. qu. 1. Ovicid. tract. 8. contr. 2. punct. 8. & Lugo de poenitentia disp. 8. sect. 7.

ARTICVLVS PRIMVS.

Sententia negativa praesertim.

189. Hanc secundam sententiam negativam ex instituto docuit Scotus 4. disp. 14. qu. 2. ut ex loco notat Faber disp. 17. de poenit. c. 1. & Hiribarbes disp. 6. sect. 9. inquit enim ibi actum contritionis, quam appellat attritionem perfectam circumstantiatam in genere moris, posse duplitem praestari; primo quatenus est pravia dispositio ad infusionem gratiae, & sic effectivae procedit ab auxilio gratiae actualis; secundo quatenus simul perseverat cum gratia jam infusa, & sic dicitur formaliter per gratiam & dicitur actus formatus, quia habet formam per gratiam quae est forma actus, ut hic loquitur; quem actum sic formatum simpliciter, & absolute contritionem vocat, quatenus sic formatam tantum dici potest habere vim expellendi peccatum, non tantum dispositivam, sed etiam formaliter, ratione gratiae annexae. In Secunda Sententia.

Unde sub lit. O. in eodem justificationis instanti distinguuntur tria signa naturae; in primo signo naturae est ibi actus talis, hoc est, actus contritionis perfectus in genere moris, qui est contritio informis, ut explicat Faber; in secundo signo naturae infunditur gratia habitualis, in quo gratia concomitatur contritionem ipsam in genere moris, & ipsam format, & peccatum expellit; in tertio signo naturae ipsa contritio est formata, & sequitur expulsiorem peccati; jam igitur contritio in Scoti sententia, contritionem praecedere infusionem gratiae, ut ut dispositionem ad eam; licet enim haec tria, scilicet, ultima hominis dispositio, quae est contritio, & dilectio Dei super omnia, infusio gratiae, & expulsiore culpa simul fiant in homine, & non unum post alterum speciatim tempore ordinem, spectato tamen ordine naturae, & causalitatis, ordinatim procedant per illa tria signa a Scoto assignata; ita rem quoque explicat Hiribarbes ibidem, & alii Scotistae in eundem locum.

Unde valde miror Aretinum ex eodem hoc loco oppositum colligere, & dicere Scoti opinionem in hoc puncto ab opinione Thomistarum non differre; quod ita ex Scoto deducere disp. 14. cit. qu. 1. art. 8. quia inquit Doctor, quod post aliquam temporis moram a Deo praesumam, in qua homo continet vitiolem peccatorum, in ultimo instanti illius temporis est actus poenitentiae, & simul tempore est charitas; sed in istis temporibus instanti sunt tria signa naturae; in primo est actus poenitentiae; in secundo infunditur charitas; in tertio actus poenitentiae effectus contritio, virtute cuius remittuntur peccata, quia dolor sine charitate non est contritio, sed attritio tantum, hoc est dolor imperfectus; ecce quo modo de mente Scoti inquit Auctor ille haec duae propositiones sunt verae, quia peccator continuavit dolorem usque ad instantem determinationem a Deo, ideo infunditur gratia a Deo; & quia infunditur gratia, ideo actus ille poenitentiae est contritio; primam inquit esse veram in genere causa materialis, & levis est, quia homo disponit se per actum poenitentiae, ideo assecutus est gratiam; aliam vero ait esse veram in genere causa formalis, & levis est, si non esset infusa gratia, homo non haberet contritionem, vel potius actus ille non esset contritio, unde totam hanc quaestionem resolvit per doctrinam Thomisticam de natura causalitatis causa ad invicem, de qua postea.

Ceterum circa hujus loci intelligentiam valde hallucinator hic Auctor; quamvis enim Scotus loquendo de contritione in termino, quo sensu intelligitur formata jam gratia, eam absolute vocet contritionem, ac velut autonomam sic ob rationem allatam, quatenus sic formata tantum dici potest habere vim expellendi peccatum; non tantum dispositivae, sed etiam formaliter ratione gratiae annexae; tamen loquendo de eodem contritionis actu in fieri, quatenus est dispositio ad gratiam, & adhuc intelligitur informis, negari nequit, quin aliquid sit proprium contritio; prout haec ab attritione distinguitur; ut enim notat Faber disp. 16. cit. cap. 2. in fine, non est de ratione contritionis, ut sic, quod sit actus semper formatus gratia; nam Scotus quoque admittit contritionem veram, & perfectam, prout ab attritione distinguitur, quae adhuc fit informis, quam appellat attritionem perfectam circumstantiatam in genere moris; Quamvis enim inter attritionem, & contritionem varietate solent assignari differentiae, praecipua tamen, & principalis est ea, prout ex Tridentino colligitur sess. 14. c. 4. quae sumitur ex obiecto, sine, vel motivo: quatenus contritio est dolor de peccatis, vel peccati detestatio propter Deum, ejusque dilectio; attritio vero est dolor peccatorum, vel desiderium peccati, quae proxime, & immediate non habet pro fine dilectionem Dei, sed amorem penitentiae, vel turpitudinem peccati, vel aliud simile, ut fuisse docet Faber disp. cit. 63. Navar. in Manuali. 1. n. 36. & 41. & Scotus ipse inult. loc. cit. sed sic est quod potest dari actus peccati detestatio usque ex primo motivo, nempe ob Dei amorem, etiam antequam intelligatur gratia formatas; ergo dari potest contritio proprie dicta, ut ab attritione distinguitur, etiam antequam intelligatur formata gratia, vel charitate infusa, ut bene dicitur Faber loc. cit. de mente Doctoris. Quod totum clare colligitur ex ipso Scoto disp. 14. cit. qu. 2. art. 2. Quae inquit; Et cum arguitur, contritio, ut contritio sequitur deletionem peccati. Respondet, actus qui est contritio, in eodem instanti temporis praecedat naturae deletionem, licet ut contritio, hoc est, ut formatas, actus qui est contritio, in eodem instanti temporis praecedat naturae deletionem ordine naturae; & sic debet concedi in sensu divisionis, quod per actum, qui est contritio, deletur peccatum, ut per dispositionem omnino proximam; nec est inconveniens, imo convenientis, dispositionem proximam simul esse cum forma, ad quam disponit; ita Doctor; quibus verbis clarissime patet actum illum, etiam prout informem, vocari a Doctore contritionem, etiam prout natura intelligitur praecedere gratiae infusionem, ut ergo proximam dispositionem; saltem igitur est deletionem peccati, ut offensivum Dei, sine charitate non esse contritionem, sed attritionem tantum, & dolorem imperfectum; doctrina vero d d illa